Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



124
92

sua teget eos & bello suo defendet illos. Accipiet ar
maturam zeli illius & armabit creaturam ad vindictam
inimicorum. Induet se thorace iustitiae & accipiet se ga
lea iudicii certi. Sumet scutum inexpugnabile aequitatis
ubi dirige impetum tuum. Et ad certum locum deducet illos dominus
Iustorum ante conspectum dei sunt et
Lectio sapientiae Ecce mittam
illis grandinem multam ut possint se occultare in pulvere
meo et aquam abundantem ad illorum & quod ante eos ceciderit
exterminium illi autem sunt in pace et si coram hominibus tormenta
passi sunt spes illorum immortalitate plena est. In paucis vex
ati sunt multis bona disponentur quoniam deus tentavit illos & invenit
illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos et
sicut holocausta hostiae accepit illos & in tempore erit respec
tus illorum. Fulgebunt iusti & tanquam scintillae in arundineto di
scurrent. Iudicabunt nationes & dominabuntur populis & regnabit dominus
Exspectatio iustorum laetitia sapientiae Illorum in pace
spes autem impiorum plena est cordis. Supplicia domini & principum
his qui operantur malum. Iustorum autem animae in manu dei sunt et non
tangit illos tormentum. Visi sunt oculis insipientium
mori et existimata est afflictio exitus illorum & quod a nobis est iter
exterminium.